



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. VIII. De Combustione praeurbii castri Oukaym.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

sua usque IX. animas adjuncti sunt Fratribus, & venientes in Prussiam baptismi gratiam perceperunt.

CAP. VII.

De

Destructione suburbii.

PER idem tempus Fratres de Raganita cum XXX. viris intraverunt præurbium, & moverunt bellum contra Castrenses de Puthenica, ad quod venerant pridie CC. viri, quod hospites & Fratres nesciebant. Et intrantes mane in ortu diei cum adhuc quiescerent in strato suo, irruerunt improvise in eos, & viros & mulieres, & parvulos, qui effugere non poterant, occiderunt, & præurbium cremaverunt.

CAP. VIII.

De

Combustione præurbii castri Oukaym.

NON longè autem post iidem Fratres de Raganita cum suis subditis præurbium castri Oukaym dormientibus castrensibus intraverunt & totaliter cremaverunt, & præterquam paucos, qui effugerant, omnes alii cum uxoribus, liberis, pecoribus & pecudibus aut igne aut gladio sunt consumpti.

CAP. IX.

De

Castrensibus Mederage.

Anno Domini MCCCXXIX. Joannes de Luccelburg Rex Bohemiae cum Nobilibus Regni sui & Duce Silesiae, de Valkenberg,